Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Resurrexi et adhuc tecum sum alleluia · posuisti super me manum tua: alleluia · mirabilis facta est scientia tua alleluia alleluia ℣ Domine probasti me et cognovisti me tu cognovisti sessionem meam et resurrectionem meam: Gloria patri et filio et spiritui sancto · Deus qui hodierna die per unigenitum tuum eternitatis nobis aditum de vita morte reseravisti vota nostra quem precendo aspiras etiam ad iuvando prosequere Per omnia secula seculorum · Amen · Ad Corinthios Expurgate vetus fermentum ut sitis nova conspersio sicut estis azimi · Etenim pascha nostrum immolatus est christus · Itaque epulemur · Non in fermento veteri neque in fermento malicie et nequitie · sed in azimis sinceritatis et veritatis Gradualis Hec dies quam fecit dominus exultemus et letemur in ea ℣ Confitemini domino quoniam bonus quoniam in seculum misericordia eius Alleluia ℣ Pascha nostrum immolatus est christus ℣ Epulemur in azimis sinceritatis et veritatis Sequencia · Laudes salutaris voce modulemur supplices Et